DE RATIONE DISSERENDI.

Dialectica eſt artificiū appoſite ac proprie de quocunq; themate diſſerendi. Simpliciter em̄ cuiuſq; thematis naturā & partes oſtendit, & quod ꝓponitur adeo certis verbis præſcribit, vt nō poſſit non deprehendi, qcquid ineſt, ſiue veri, ſiue falſi, A Rhetoricis diſcrepat, ꝙ hæc, ſplendidā magis, & ad captū popularē orationē inſtruunt, dialectica certam & exactā adornant, & plane indicem orationis Rhetoricæ, ſeu amuſſim. De qua re infra in vſu dialectices pluribꝰ agam. Neq; quiſq; Dialectica putet aliud eſſe, quā rationis humanæ ceu filum quoddā, quo cuiuſq; rei cognoſcendę naturā, parteſq; ordine quodā veſtigamꝰ, quo in quauis re quid veri, quid falſi ſit, ꝑquirimus. Quare neq; labor vllus fuerit adſeq Dialectica, ſi ad animi iudiciū reuoces, quę em̄ natura nobis ordinē cognoſcendarū rerū inſeuit, hæc exprimunt. Vulgo, Idiotæ & literarū expertes quandam rerū conſequentiā, cōmuni naturæ captu cernunt, videntq; ꝓgreſſus & anteceſſiones, & ex alijs alia colligūt, hic ipſe naturæ ſenſus, hæc rationis ſemita Dialectica eſt.

Dialectica.

Dialectica nō tā ars eſt, quā naturalis quidam oīm thematum tractādorū ductus.

Dialectica.

¶ Fructus dialecticæ, eſt proprie & exacte de quocunq; themate, idq; ordine ad docendū accōmodato poſſe dicere, Inprimis dialecticū artificium ordo cōmendat, qui cum & in diſcēdo, & in docendo plurimū habeat momēti, facilius certiuſq; cum diſcūtum docet, q Dialecticæ periti ſunt. Quod in cauſſa eſt, cur huius artificij rationē ac vſum Plato tantopere probet.

Vide infra de vſu dialecticę.

VOCVM ALIAE SIMPLICES, ALIAE CONIVNCTAE.

¶ Thematū alia ſimplicibus vocibus conſtant, vt Si de Iuſticia, de Amicicia, de Febri ꝓponatur, alia